

tendunt Similiter ut premissum est. nostris temporibus. mihi meeque prebende appropriat et assignat iure legitimo possidenda. Verum memoratus petrus quamsepius siguidzson predia sua jn girstadhūm diuersimode circumiacencia et sita habuit prout in altera littera quam habeo plenius continetur Si vero successor meus quicumque post me prebendam obtinuerit. hanc permutacionem infringere uel reuocare voluerit si forte sibi aliud melius placuerit. hoc in sua permaneat potestate Ad horum igitur evidenciam firmiorem sigillum meum presentibus est appensum Scriptum lincopie Anno domini M CCC XL quarto Jn vigilia beati mathei apostoli et ewangeliste.

*Allmän öfverskrift:* Prebende [Crucis minoris videlicet kylia Sebastiani].

3848.

1344 d. 29 Sept.

MAGNUS SIGGESON och OLOF SIGRUDSSON sälja till Sakristanen Ingevast vid Linköpings domkyrka ¼ åtting i skogen vid Thorberga med jord, träd och ållon, hvarpå fasta blifvit gifven.

Orig. på perg. i Sv. Riks Arch.

Omnibus presens scriptum cernentibus. Magnus siggæson. et olaws sighrudhæson salutem in domino sempiternam Tenore presencium vniuersis liquido patefiat. nos reuerendo viro, domino jngewasto sacriste ecclesie lincopensis quartam partem vnus attongi. per totam siluam in thorberghum, extra sepes agrorum et pratorum. cum terra arboribus et glandibus, pro competenti et iusto precio vendidisse, et per proloquutores nicholaum de staangh videlicet. et hermannum de boghæstadhūm. in fæstis legitimis. dimisisse. Jn cuius rei maiorem evidenciam ego olaws sighrudhæson. sigillum proprium non habens. Sigillum ciuitatis lincopensis, vna cum sigillis virorum discretorum magni siggæ sons predicti., nicholai de stangh. et laurencii thorisson. peto presentibus coapponi. Scriptum Anno domini. M°. CCC°. quatragesimo quarto. ipso die beati Michaelis archangeli.

Sigillen: N:o 1, Magnus Siggasons (pil från venstra hörnet snedt öfver skölden); N:o 2 stadens; N:o 3, »S. Nic . . . fans.» (3 sparrar på en snedbjelke); N:o 4, Lars Thorissons (bomärke).